



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Vacatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

donet, vel tradat alicui ducenda scuta, cum pacto, ut durante vitat, suadet ei tantum singulis annis, & post mortem remaneant in pleno dominio accipientis, Navar. *consil.* 20. *de empt.* & *vend.* dicit quòd non.

Nonò, mutuans, seu emens censum super pecora, prædia, bacchas, & alia, quæ quis non habet, usura est. Navar. *in dist.* cap. si *foeveraveris*, notab. 22. numer. 79. vide *in ver. contract.* §. 4.

Qui contractus dicantur spete usuram, videto Guid. Pap. *tract. de usur.* & *quest.* 186. & an in dubio contractus censeatur usurarius, dic quòd non. Tiraq. *de retr. convent.* *in fine*, num. 126.

An quis possit censeri usurarius ex unico actu, & sic de aliis actibus? vide Vinc. de Fran. *dec.* 68. ubi negativè respondet, ita etiam Navar. *cap.* 27. numero 249.

Usurarius publicus quomodo possit condere testamentum? vide *cap. quam*, *de usur.* libro 6. & Covar. *lib.* 3. c. 3. *versic.* 7. *var. resolut.*

U X O R,

PRimò, an & quando teneatur sequi virum? Vide Sylvest. *in ver. uxor*, §. ult. & an, & quando vir promittens in capitulis facere domicilium cum uxore in tali loco, teneatur stare promissis? vide eundem Caputaq. *dec.* 135. nisi aliud viro contigetit excusabile, ut puta infirmitas, intèperies aeris, inimicitia, vel quid hujusmodi. Hostiens. *in summa* *titul. de conjug. serv.* §. 4. *circa finem*, Caputaq. Tolos. *questio* 87.

Secundò, an uxor possit verberari à viro, & quomodo, & quando? vide Sylvest. *loco citato*, §. *tertio*, *versic. secundum*, Soto libro quinto, *art.* 2. *in fine*, *de just.* & *jure*, & Navar. *cap.* 14. à *num.* 19.

Tertiò, quando uxor laborare teneatur, & operari viro, & non omne, quod lucratur, acquiratur viro? vide eund. Sylvest. §. 2. & Gerar. *sing.* 99. vide Afflict. *dec.* 44. *nu.* 30. ubi dicit, de iure uxorem debere operari viro, etiam in telis faciendis, ubi multa habes de viro & uxore.

Quartò, an uxor teneatur stare locationi, seu contractui facto à marito, casu soluti matrimonij, vide Covar. libro 2. *cap.* 15. *num.* 5. *var. resolut.*

Quintò, uxor potest compelli per Ecclesiam, ut redeat ad virum, & è contra, vide text. & ibi Abb. *in cap. de Francia*, *de sponsal.*

Sextò, uxores clericorum Græcorum coram quo iudice sint conveniendæ? Respondetur, quod coram iudice viri, id est, Ecclesiastico, Fel. *in cap.* 2. *numer.* 3. *de foro compet.* quia privilegium concessum marito extenditur ad uxorem, gloss. *in cap. admonere*, 33. *dist.*

Septimò, si uxor relinquatur domina, & patrona omnium bonorum à viro moriente, quid operentur illa verba, vide per belle, & breviter Capell. Tolos. 4. 462. & ibi addit.

V A C A T I O.

PRimò, per solam electionem Episcopi vacant officia, quæ prius ille obtinebat, sed non beneficia ecclesiastica, nisi per consecrationem ipsius. Addit. ad de-
eis

Rot. 17. de off. deleg. in noviss. num. 4. sed re vera beneficia non dicuntur vacare, nisi post adeptam pacificam possessionem, gloss. in Clem. 1. vers. collatio, ut lute pendens. Gom. tract. de expect. num. 63. Et 78. Et quest. 47. de ann. poss. Et quest. 53. de trien. poss. Et Abb. in dicta Clem. nu. 3. gloss. in cap. si ubi concessio, in vers. vacare, de prebend. libro 6. Selva 3. p. 9. 28. Et qu. 2. num. 25. Et 2. par. questio 15. Caputaq. taq. decis. 294. par. 2. Et 400. dicit, quod vacant etiam pensiones, per cap. cum in cunctis, §. cum verò de elect. Et Abb. ibi notat. 3. sed non vacant, nisi post consecrationem & possessionem. Caputaqueni. decisio. 401. p. 2. Navar. consil. 14. de elect. dicit, de stylo Curie vacare post provisionem factam à Papa, & consil. 15. dicit post consecrat. & ista videtur commun.

Secundò, quando dicantur vacare beneficia per ingressum Religionis? Vide capitulum, beneficium, de regular. libr. 6. Et capitulum primum, 17. questio 2. Staph. de lit. grat. fol. 136. num. 1. & in resignatione sufficit, quòd quis ingressus sit Religionem re ipsa, Bulla Pii V. 58. folio, 1014. sed debet intelligi de ingressu irrevocabili, qui fit per solennem Religionis professionem, ita Navar. in cap. non dicatis, num. 48. 12. questio 1. prout dixi, superius in ver. professio, facit cap. beneficium, de regular. in 6. & quod monachus retinens ex dispensatione pensionem, non privatur solutione illius, nisi prius fuerit iudicatum in ea, Cassador. dec. 10. num. 7. in fine, de rescript. Caputaq. decis. 223. p. 2. Et decis. 317. ibidem.

Tertiò, an dicantur vacare in curia beneficia Episcopi, quando ipse in curia

consecratur? Responderetur quod sic, gl. in dict. Clem. in vers. collatio, & hoc intellige, si ipse prius habebat possessionem Episcopatus, sed si habita consecratione in curia, postmodum pergens ad suum Episcopatum, accipit illius possessionem, non dicuntur vacare in Curia, gloss. ibid. in ultimo.

Quartò, an pensio dicatur vacare per promotionem ad illud beneficium, vide Gom. in quest. 16. de infirm. resign. col. si. Et quest. 21. de ann. poss.

Quintò, quando dicatur vacare primum beneficium per assequutionem secundum di, juxta dispositionem Extravag. execrabilis? vide in ver. beneficium, §. 3. conclus. 2.

Sextò, si electus moritur in curia, an beneficium, in quo fuit electus, dicatur ibidem vacare? Responderetur, quòd non, Selva locis citatis, quest. 12. num. 21. in fine, Gom. de impetr. benefi. per obit. fam. Card. quest. 24. Et de non tol. iure quasit. quest. 1. volum. 3. imò, si electus, & confirmatus in Curia, moritur ante adeptam possessionem beneficij, non dicitur vacare in Curia, Gem. in cap. commissa, §. annus, vers. quare quid, de elect. libro 6.

Septimò, quot modis dicantur vacare beneficia, vide per extensum, Staph. locis citat. à fol. 110. Et infra, ubi enumerat sex vocationis modos, & Abbas in cap. si quis clericorum, num. 1. 6. Et 7. de cohabit. cleric. Et mul. ubi habes, quando detur vacatio beneficij per matrimonium contractum, vel per sponsalia, & in e. sanè, Et in cap. diversis fallacis de cleric. conjugat. & decis. Caputaq. 215. par. 1. quod tamen debet intelligi de matrimo-

nō irrevocabili, id est, contracto per verba de presenti. Rebuff. *de public. re. fid. ver. 28.*

Octavo, vacantis Ecclesie fructus non potest is, ad quem ejus collatio pertinet, sibi retinere, sed ei de rectore providere, etiam si beneficium fuerit manuale & ejus habere custodiam, donec fuerit provisum de rectore, Abb. *in cap. ad aures, de excess. pralae. & introitus vacantis Ecclesie, an sint successoris, vel Reverendae Camerae Apostolicae, vide in ver. beneficium, §. 6.*

Nono, vacare beneficia in Romana Curia, quando dicantur, vide remissivè superius in ver. benef. §. 2. ver. fallit primo. Caputaquens. *decis. 325. par. 3. ubi habes, non solum ibi vacare beneficia per obitum, sed per resignationem, prout dixi superius, in ver. resignatio. dub. 2.*

Decimo, si quis per sententiam privationis fuit privatus beneficio, in Curia, an extra? Respondetur, quod si personaliter erat in Curia tempore sententiae, vel fuit verè contumax, quod tunc dicitur vacare in Curia, si verò absens, vel

non verè contumax, quod tunc dicitur vacare extra Curiam, & sic potest de illo providere Ordinarius in secundo, sed non in primo, modo sit in mente suo, secundum alternativam, vel in quatuor mensibus, si eam non habeat, Rota, *dec. 86. de prob. Caputaquens. in antiquis. dec. 327. par. 3. multa habes in additionibus, pro practica quotidiana, quae in calce operis collocari non potuerunt.*

Undecimo, vacantis Ecclesie custodia spectat ad Ordinarium, *ca. cum venissent, de insti. Gloss. & Gemin. in cap. memo, ver. in sine Glossa, idem Archid. de elect. lib. 6. licet hodie procedatur per aliam viam, per Nuncium Apostolicum, quoad fructus, prout dictum est, in cap. 2. in ver. spolum, & Gem. loco citato hoc non satis laudat, ut est videre ibi ver. & per hanc Glossam, vide superius, in ver. Beneficium, §. 6. & idem confirmat, in cap. cupientes, §. ad hac, ver. quare an custodia fructuum col. 1. est. ubi dicit, hoc non pertinere ad Capitulum, sed ad Episcopum vel Oeconomum ab ipso positum.*

Finis primae partis.

INDEX